

prodidit lib. II. cap. XI. de historia animalium) figura totius corporis lacertum plane representat. Latera decora-
sionis ducta uentri iunguntur, ut piscibus: & spina modo piscium eminet. Rostrum simile porcarie simillimum: cauda
praelonga in tenuem desinens, & longis implicata in se orbibus. Elatior à terra est, quam lacerta. Pedes singuli bipar-
titò secantur, partesq; talem inter se habent situm, qualem pollex ad manus, reliquam partem obiectam. Sed ipse e-
tiam reliqua partes paulo tenus in digitos quosdam finduntur, aduncis unguiculis. Corpus asperum totum, ut croco-
dilo. Mutat suum colorem inflatus. Omnum ouiprorum tenuissimus est: quippe qui omnium maxime in opia sangu-
nis rigeat. Causa ad mores animae eius referenda est: præ nimio nang; metu multiformis efficitur. Motus ei piger ad-
modum, ut testudinis. paleat cùm moritur, defunctusq; colorem eundem seruat. Subit cauernas, & latitat more la-
certarum.

Chamæleōtis
uires.

Caput eius, & guttū si quernis accendatur lignis, imbruum, & tonitruum concursus facere Democri-
tus narrat. Item iecur in tegulis ustum. Dextro oculo, si uiuenti eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tol-
li. Lingua adalligata, pericula puerperij adimi. Linguan, si uiuenti exempta sit, ad iudiciorum eventus pollere di-
cunt. Item dextram maxillam ad formidines, paioresq; : corpore uero illito detrahī pilos: & felle glaucomata, &
suffusiones corrigi. Σκίγκος: ut Græcis, ita etiam Latinis Scincus appellatur: Arabibus, Aschanchur, siue Scan-
chur: Italisch, Stinco, & Scinco: Hispanis, Stinco.

20

Nomina.

Γῆ ἔτερα. TERRENI VERMES.

CAP. LXI.

TERRENI vermes impositi, præcisos neruos glutinant: tertianas discutiunt. Decocti cum an-
serino adipe, insusi, affectis auribus medentur: cum oleo autem decocti, si in contrariam aurem in-
stinentur, dentium doloribus præstant auxilium. Triti in potu ex passo urinam ciunt.

20

Terrenorum
vermiū, & eo-
rū olei uires.

TERRENI uermes etiam in medicum usum ueniunt. quādoquidem oleo incoquuntur ad articulorum, neruo-
rumq; cruciatus. Veruntamen aberrant plerunq; myropole in olei conficiendi ratione. Imponunt enim uermiculos in
aneu cacabum, et affuso inde oleo igni feruefaciunt: quo fit, ut paruo momento iij non modo inassentur, sed penitus eō-
burantur, nullo in oleo humore relictō. Fit autem reclusi, cum uase uitreō excipiuntur, & diutius calore balnei mace-
rantur, oleo innatantes: nang; hoc modo eorum succus elicetur, cōburiq; nequeunt. Præstat hoe oleum ita paratum,
presertim si uermes rosaceo macerentur, ad podagricorum dolores, a calidis defluxionibus prouenientes, inuictis
prius locis dolentibus oleo, ac mox superpositis uermibus in eo elixis, fusis, admistisq; eum æquali pondere, quod
triapharmacum uocant, ex argēti spuma, oleo, et aucto conflatum. Quibus etiam commendauit Plinius lib. X-X. cap.
IX. ipsorum uermium cinerem cum melle triduo emplastrī more impositum. Quin & ipsos uermes in olco ueteri eli-
xos, & superpositos. Ad hæc terrestres uermes prius uino albo eloti, ac per se absq; oleo uase uitreō excepti, opercu-
lato uasis ore, ne quid expirare posit, in balneum calentis aquæ immurguntur, tandemq; effervescente permittuntur,
donec in liquorem oleo similem uertantur. Præferunt quidam hoc, quod maximè præstet neruorum, & intestinorum
uulneribus glutinandi. Quod longè efficacius efficit, si factio balsamo, de quo libro primo diximus, fuerit admistū:
aut oleo, quod uitreis organis è larigna, siue abiegnā lacryma elicetur. Nanq; his additis uniuersa corporis recentia
uulnera brevi tempore glutinat, ijs exceptis, quæ capiti inféruntur. Dantur utiliter terreni uermiculi igne cremati, et
in puluerem contriti felle suffusis, ex marrubij, uel absinthij decocto: adduntur q; in electuariis ad idem paratis, ut Ga-
lenus docuit libro de theriaca ad Pisonem. Triti, ac rosaceo subacti (ut idem author est) podagricorum inflammatio-
nes extinguunt. Γῆ ἔτερα Græcis dicuntur: Latinis, uermes terreni: Arabibus, Charatin; Italisch, uermi terre-
stri, & Lombrichi: Germanis, Regen uurm: Hispanis, Lumbrizes de tierra: Gallis, Vers de terre.

30


40

Nomina.

Μυογάλια. MVS ARANEVS.

CAP. LXII.

Mvs araneus disiectus, & impositus, sui morsus ueneschia luit.



ARANEVS

A R A N E V S mus (ut Aëtius inquit) colore quidem mustelæ similis est, magnitudine autem muri. Os uero Aranei muris sublongum habet, & exiguum caudam. Dentes ei tenues, dupli ordine nati, in utraque maxilla: quo fit, ut quatuor dentium ordines habeat. Quibus utiq; notis abunde respondent ijs, à quibus pisturam, quam hic damus, mutuati sumus. Meminit muris aranei Nicander in suis theriacis, dixitq; perire in rotarum orbita, si progrediens in eam inciderit. Quod tamen fabulosum, poëticumq; censemus: tametsi non desint, qui terra è plaustrorum rotis excussa, huiusse succurrant moribus. Scribit Plinius lib. viii. cap. lviii. mures araneos ultra Apenninum nō haberet, cum tamen hoc ævo in iuuersa reperiantur Italia. In Ananensisibus montibus, Tridentino agro frēquentes uisuntur. Ni hilominus incole inter uenenata non habent: id quod fortassis & cæli, & solis temperamento euenerit. Siquidem nec scorpiones ibidem exorti istu uenenum relinquunt, ut in eorum mentione superius diximus. Μυογάλλα Græce, Mus Nomina. 20 araneus Latine appellatur: Italice, Topo ragnō: Germanicē, Zib̄ maus: Hispanicē, Murganbo.

Mūs. MVR E S.

CAP. LXIII.

MVR E S, qui in domibus oberrant, concisos scorpionum plagis utilissimè imponi, in confessu est. Si inassatos infantes ederint, oris salivam exiccari promittunt.



MVR E S diuersorum sunt generum: siquidem domestici, sylvestres, ac montani reperiuntur: sunt etiam murum generatio mirabilis præter cetera animalia, maiorem in modum est, tum numero, tum celeritate. Iam enim foemina prægnante in uase miliario aliquando occupata, paulo post reserato uase, musculi numero uiginti & centum reperti sunt. Murum etiam percipimus ortum redundantis agrestis murum generis. Locis enim compluribus agri, 40 tam in auditio modo oriri solent, ut parum ex iuuerso frumenti relinquatur: tam cito absuntur, ut nonnulli medocres agricole, cum pridie metendum statuerint, postridie mane cum messoribus accedentes ad segetem, absuntam inueniant totam. Interitus autem minime euenerit ratione: paucis enim diebus omnino abolentur: quamquam superiori tempore homines uincere, uel suffiendo, uel sues, ut latibula effoderent, admittendo, non possent. Quinetiam uulps eos uenantur, & cati sylvestres in primis: sed tamen superare copiam, & celeritas prouentus nequeunt. Nec aliud quicquam omnium uincit, nisi imbræ: ijs enim quam primam intereunt. Terræ Persicæ parte quadam mure foemina rescissa, foetus foemini prægnantes comperiuntur. Sunt qui uehementer confirmant, Mures, si salem lambant, impleri sine coitu. Aegyptijs muribus prædurus, ferè ut erinacei, pilus est. Habentur in murum genere & GLIRES. Idecirco (ut Plinius auctor est libro xxxvi. cap. primo) apud Romanos censorie extabant leges, Glires in coenis apponi uetantes. Verum hoc ævo ganeonibus 50 maxime expectuntur in cibis, non modicam palato iniuriam fieri putantes, si tam pingui priuetur alimento. Sed ijs minime perpendunt, uel potius negligunt, quod glires pinguedinis exuberantia uentriculi appetentiam destruant, lentum ac frigidum gignant succum, concoctuq; contumaces existant. Notatum non congregari glires, nisi populares eiusdem sylue, & si misceantur alienigenæ, amne, uel monte discreti, interire dicimando. Genitores suos fessos senecta alunt insigni pietate. Senium finitur hyberna quiete. Conditi enim et hi cubant, rursus & statæ iuue nesciunt. Montibus Goritiensi agro conterminis, & in Carniolæ, Carinthiæ, ac Stiræ alpinis syluis maxima est horum quandoq; factura. Quo fit, ut numerosi à uenatoribus capiantur, presertim cum fagina glandæ abundant sylue. Exeunt uenatum nocte, & arbores suffientes, in quibus stabulantur, sic eos stupefactos innumeros capiunt, adeò ut ijs repletis saccis domum plerunq; redeant, quos postea excoriant, & impositos præ nimia copia cadi sale, & muria asseruant, quemadmodum pisces. Horum caro ijs utiliter estur, qui canina laborant fame: nanq; exuberante pinguedine obtundit appetitia, & tollit morbus. Discoquuntur Gliris caro detracta pelle, & intestinis exemptis melle in fistili nouo, addito nardo ad tertias, atq; ita asseruantur, quod constet deplorata aurum uitia eo remedio sanari. Georgius

Aranei muris consideratio.

Murum consideratio.

Glirum consideratio.

Agricola er-
ror.

Murium mō-
tanorum cō-
federatio.

Georgius Agricola, vir aliqui doctissimus, & acerrimus rei metallicae indagator, quod fortasse ueros glires non uiderit neque cognoverit, non sine magno errore putat in libello, quem subterraneis animalibus dicauit, Sciuros à uillosa cauda, quae se operiunt & inumbrant, ita uocatos, Glires esse. Sed quod hæc duo animalia inter se maxime differant, omnibus notius esse arbitror, quam ut pluribus exponi debeat. Porro MONTANI mures cuniculos magnitudine æquant, ac etiam nonnunquam superant, cruribus non usqueadè longis. Capite leporem referrunt: uerùm tam brevibus auribus sunt, ut uix supra pilos appareant. Pilo uestiuntur uario tassi modo, oblongo.

M V S M O N T A N V S.



Breuem habent caudam, & pedes acutis unguibus armatos. Hyeme admodum pinguiscant, & obesi fiunt, ita ut aliquid monstrose intumescant. Hi Ananensibus, Phœbeisq; montibus, in Tridentino agro frequentes habentur, uocanturq; uulgò corrupto uocabulo Marmontane, quasi Mures montanos dixerint. Eriguntur sepius ursi modo, anterioribus pedibus ueluti manibus, cibum ori ministrantes. Dentes anteriores quatuor habent leporis instar, sed longiores, atque acutiores, quibus fœuissimè mordent. Sed mirum est (ego enim qui periculum feci, id certò testari possum) quod si acutis forcipibus secentur, una tantum nocte renascuntur. Domu retenti si iuuenes sint, exuta quædāntenus feritate mitescant, sed utensilibus damnum inferunt: quippe qui omnia, quibus obuiant, erodant, & destruant. Hyeme delitescant, sceno ac paleis, in aceruum congestis plerumq; se condentes. Dormiunt integris mensibus, quemadmodum & glires. In montibus uiuunt. Stramenta in cæuernas comportant, quibus à frigore se tueantur. Exterrefacti ac utissimè uociferantur, ac sibilant, & ad tumulos consugiunt. Horum carnes sylvestri, & graui quodam odore adeò spirant, ut quibusdam nauseam moueant. Quo fit, ut sale, & muria aspergunt tum odoris grauitatem, tum etiam exuperantem humiditatem ob pinguedinis copiam exuant: cum tamen tam recentes, quam sale conditi concoctu admodum contumaces existant, uentriculo laborem inferant, corpusq; uniuersum excalfaciant. Horum pinguedo medicis expetitur, quod contractos molliat & restituat neruos. Sunt uero & alia quoque murium genera, nempe Ponticum, Lassicum, Noricum, Pannonicum, Indicum, à regionibus prouincijsq; cognominata. Ponticus pilo est niuei candoris, sed superiori cauda parte saturatè nigricat: ea enim digitii longitudinem non excedit. corporis magnitudo illi ut sciuro. Infectatur aues & mures. Hunc sanè id esse censemus, quod Armellinum uocamus. Lassicus pilis uestitur in cinereo candidis, uentre tamen albicante: est Pontico paulò maior. hunc Varium appellamus. Noricus corporis mole domesticam mustelanæ æquat, pilis leporinis ferè similibus. breui constat cauda. caret auribus, non tamen foraminibus, quæ habet aurium instar. Pannonicus, cui color subuiridis, mustela speciem refert, uerùm magnitudine domesticos mures non superat. Postremò Indicus colorem habet ferè murium mōtanorum, albis tamen compluribus intercursantibus pilis. capite est & ore in longum porrectis, quin & auriculis breuissimis: cauda ab ipsis clunibus crassiore in exilitatem ad inum prolixè defluente: cruribus dodrantibus. Corpore flexilem æquat, pedibus aliquantò brevioribus, ac pilo hispidiore, præsertim si aduerso tractu mulceas. Atque haec nus de murium generibus. Ceterum murium stercus (ut in libro de theriaca ad Pisonem legitur) accito subactum, capillis defluentibus utiliter illimitur. Quinetiam per se potum, uestia lapidem comminuit. Mures ita Græcis, Latinis uero Mures appellantur: Italìs, Topi: Germanis, Maus: Hispanis, Ratones: Gallis, Sorizes.

Murium alia
genera.

Nomina.

Γάλα. L A C.

C A P. L X I I I .

LAC generatim omne boni succi est, corpus alit, aluum emollit: stomachum, & intestina + inflatione uexat. Vernum tamen dilutius æstiuo habetur, & è uiridi pabulo aluum magis emollit. Probatur autem candidum, æquali crassitudine, quod ungui instillatum cogitur. Aluum minus tentat caprinum: quoniam pecus hoc adstringentibus pabulis, robore, lenticlo, & oleaginis frondibus, & terebintho magna ex parte uescitur: inde stomacho accommodatissimum reddi solet. Ouillum autem dulce, crassum, & præpingue: non autem usqueadè utile stomacho. Bubulum tamen,

men, asinimum, & equinum, uentri magis idonea: sed ipsum turbant. Quibus in locis pecora, scammoniam, ueratrum, clematidem, aut mercuriale pascuntur, lac omne uentrem, & stomachum subuerit: quale in Iustinis montibus esse, à nobis proditum est. Siquidem capræ, quibus candidum ueratum pabulo fuerit, primo soliorum partu euomunt: & eorum lac haustum nauseam creat, & stomachum in uomitiones effundit. Ventrem adstringit lac omne decoctum, precipueq: carentibus calculis marinis exustum. Et in summa, omnibus auxiliatur internis exulcerationibus; præsertim fauicum, pulmonis, interaneorum, uescicæ, & renum: foris uero contra pruritum cutis, eruptions papularum, & uitiatos corporis succos, recens cum melle crudo, addito sale, datur exigua aqua dilutum. Minus inflat quocunque semel feruefactum. Decoctum cum calculis marinis ad dimidias, ulcerosas

- 10 uentris fluxiones adiuuat. Lac quocunque serum continet implicitum, quod ubi discessit à lacte, multò potentius ad purgationes redditur. Datur quibus sine acrimonia uolumus deiectionem moliri, ut melancholicis, comitialibus, lepris, elephantis, & erumpentibus toto corpore papulis. Ex omni lacte fit, quod schiston, id est scissile, appellant. Lac autem fistili nouo feruet, ramoque ficalneo recenti mouetur, insparsis, postquam bis, aut ter effervescent, totidem aceti mulsi cyathis, quot sunt heminae lactis: ita enim serescens liquidum ab eo diuiditur, quod in caseum concreuit. Sed cum feruet, ne superfundatur, conueniet spongia ex frigida continuo fistulis labrum detergere, sextariumque argenteum frigidæ aquæ plenum demittere. Bibitur heminis per interualla singulis, usque ad quinas, ita ut intercedentibus spatiis, potantes ambulent. Lac autem recens efficax est contra rosiones, ustionesque, ab exitialibus medicamentis factas: vti à cantharidibus, aut salamandra, bupreste, aut pinorum eruca, hyoscymo, doryceno, aconito, aut ephemero: præsertim bubulum ad id eximiè confert. gargarizatur autem exulceratis fauicibus, tonsillisque. Afinimum peculiariter collutos dentes, gingiuasque stabilit. Fluxiones alui, si vlcera sentiantur, tenesmosque, ouillum, bubulum, aut caprinum, cum marinis lapillis decoctum, fistit. per se autem, & cum hordeacea pifana, aut haliceo cremore infusum magnopere intestinorum rosiones mitigat: exulceratae uuluæ immittitur.
- 20
- 30

Humanum lac dulcissimum est, & maximè alit: mammis autem exuctum, prodest tabi, & stomachi rosionibus: contra haustum leporem marinum præsidio est: oculis cruore ex iictu suffusis, cum thuris polline instillatur: podagrīs utile est, cum meconio, & cerato illitum. Lac omne respendum splenicis, hepaticis, comitalibus, vertiginosis, & neruorum uitio laborantibus, febriculosis, & capite dolentibus: nisi si quis interdum purgationis gratia, ut ostendimus, schistum præbeat. Primiparae canis lacte perunctos narrant glabrescere: potum contra uenena antidoti uicem obtinet: abortus mortuosepellit.

Tυρός. CASEVS.

CAP. LXV.


- 40
- caseo manauit, quam optimè canes aluntur. Quod hippacen uocant, caseus est equinus: ea uirus redoleat, magnopere alit, bubuloque proportione respondet. Nec defunt, qui hippacen, equinum coagulum appellant.

Βόντυρον, καὶ αὐτοῦ λιγνός. BUTYRVM, ET EIVS FVLIGO.

CAP. LXVI.

E' LACTE pinguissimo probatum fit butyrum, quale ouillum est. Fit & ex caprino, agitato in uasis lacte, donec pingue separetur. Butyrum natura oleosum est, & emolliens: unde largius epotum, uentrem resoluit: prodest, ubi oleum non adfuerit, contra uenena. Cum melle si infrestratur, dentitiones adiuuat: ginguarum pruritus, & oris ulcera infantibus emendat. Illitum foris capiora alimentorum facit corpora, & ab albido pustulis per summa scatentibus afferit. Contra inflammationes, & duritas uuluæ, quod nec uirus resipit, nec uetus statem sentit butyrum efficax est: dysentericis, & coli exulcerationibus infunditur. In medicamenta addi solet, quæ pus mouent: utile præsertim cum nerui, aut cerebri membranæ, uescicæ ceruix, uulna acceperit. Id autem purgat, replet, carnem creat: ab aspide percussis utilissime imponitur. Recens obsonijs additum olei uicem pensat, & adipis uice fungitur in bellarijs. Colligenda ex eo fuliginis ratio hæc est. Butyrum in lucernam nouam ingestum accenditur, fistilique operculato, quod supernè in siphunculi speciem desinat, & infima parte cuniculos clibani modo habeat, crematur, & subinde aliud in absursum locum sufficitur, dum coaceruetur fuliginis modus, quem facere institueris: penna post deraditur ad usus. Eius effectus est in medicamentis oculorum, exicare, & adstringere: fluxiones cohabet, & ulcera celeriter ad cicatricem perducit.

u LAC

Lactis consi-
deratio.

L A C est benigni alimenti, & exfluunt in foeminarum mamillis ex bina sanguinis coctione progenitum. Constat autem id tribus diuersis essentijs: nimurum caseosa, butyrosa, ac serosa, que ab invicem separatae, uariam consequntur temperiem. Sed à lacte primum rem exorsus, de eo tantum facultates differant, cuius haec tempestate tā in cibis, quā in medicamentis est usus. Tale autem est humanum, caprinum, ouillum, bubulum, bubalinum, & asinū. Et quanvis ueteres usi fuerint tum camelino, tum etiam equino; cum tamen in Italia, ac in alijs conterminis regionibus, quōd sciam, eorum nullus sit usus, hęc tanquam superuacanea omnino reticenda censamus. Præcellit igitur humanum, quōd temperatum sit in omnibus suis partibus. Hoc sequitur caprinum, et si aliquantò siccius sit. His crassius est ouillum, minusq; serosum. Bubulum deinde, ac bubalinum, præter id quōd admodum sit crassum, ceteris longè pinguius habetur. Quamobrem lib. x. simplicium medicamentorum dicebat Galenus. Miror autem quo pacto Dioscorides ex ouillo, et caprino butyrum confici referat. Ego nang; ex bubulo fieri noni, ac proinde nuncupauī esse butyrum existimo. hęc Galenus. Porro asinū sicut lac omne seri exuberantia superat, sic ceteris pinguedine cedit.

Lactis proba-
tio.

Probatur in uniuersum lac colore, odore, sapore, ac substantia. Ob id igitur præfertur quod colore perquam albuisitur, pellucidum, ac clarum, non uiride, non luteum, nō nigrū, nec aliquo liuore suffusum: odore suaui, syncero, minime graui, aut iuroso: sapore quidē dulci, non amaro, acri, acido, aut salso: substantia media inter crassum, et tenue, ita ut eius gutta unguī instillata non defluat, sed in sua sphærula permaneat. Quid autē tale fuerit, omnī sane præstantissimum erit, & in cibis optimum. Contrà pessimum præbet alimentum, uentriculum, ac totum corpus subuertit, quod contrarias notas habuerit, quodq; ex morboſis animalibus emulſum fuerit, uel etiānum ab ijs, que reprobatas, uencenatasq; plantas depascuntur. Quocirca memorie prodidit Galenus lib. IIII. de facult. alimentorum, quōd si ea præ, aut alterius cuiuspiam animalis fecamoniā, aut tuberculū depaſti, lac cibi loco quis sumperit, omnino aliud illi fluet. Optimum datur utiliter &ate consistentibus, senibus non naturaliter frigidis, biliosis, & marasmo affe- 40 tis, et deniq; ubi uentriculus excrementis uacet. Nocet lac potum contrā febriūtibus, capitis dolore affeclis, ophthal- micis, resolutis, conuulsis, fluxione tentatis, calculo oppressis, pituitosis, adolescentibus, obstructis, & ijs præsertim, qui lacte, & edulis lacte paratis, cœnas et prandia claudunt: tantoq; maior inde sequitur noxa, quātō crassius lac as- sumptum extiterit. Eaq; propter citato loco inquit Galenus. Lac, quod seri plurimum habet, etiam si semper eo uta- re, nullum prorsus periculum adserit. Quod uero huicmodi humiditatis exiguum habet, caseosae autem crassitudinis multum, omnibus qui ipso frequentius utuntur, est periculosum. Ceterū ut lac, quod bibendum est, profit, hęc præterea adsint oportet, lac nimurum recenter sit mulsum: aliquid mellis, sacchari, aut salis admistum sit, ne in uentri- culo concreſcat: tantumq; ex eo sumatur, quantum concoquere ualeat uentriculus. A cibis etiam omnibus, & uino, postquam assumptum fuerit, abstinentum est, quoisq; à uentriculo secesserit, minimeq; exercitio utendū est. At quo- niam lac detes inficit (etsi Dioscorides contrariū de asinino scripserit) eo statim ebito, uino, aut hydromelite os ab- 50 luere oportet. Quod autem immisto coagulo concreuit, quamquam uerno, ac astiū tempore, mensis frequentissime expetatur; tamen angustiam parit, uentriculum opprimit, caput uaporibus replet, & grē concoquitur, & crassum gignit succum. Quamobrem si quandoq; in cibum ueniat, primum omnium ingeratur: si quidem ultimo loco sumptū (ut fieri adsolet) aut statim purget, aut subsidentem cibum secum ad ima incoctum trahit. Lac omne, humanum præser- tim, cerebrū auget, corpus impinguat, siccum et asperam tuſum lenit, uenerem roborat, urinæ ardoribus subuenit, dif- soluta corpora reficit, probi multiq; est alimenti, bonam facit alium, facile in sanguinem uertitur, carnem auget, pe- cilius dilatat, & ceteris alimentis maius adserit nutrimentum. Quod autem lac primū par. & canis perunctos glabresce- re faciat, potum uero emortuos educat fœtus, ut nonnullis proditum esse scribit Dioscorides, reprobat Galenus lib. x. simp. medic. Butyrum præterea (ut loco citato scribit Galenus) facultatis est concoquensis, paulum habens etiam digerendi potentia, in medijs nimurum corporibus secundum duritatem, ac mollitatem. Corporum etenim planè duro- rum tumores præter naturam hoc nequit medicamen digerere: at que in molibus sunt phlegmone, eas & concoquit, & digerit

Lactis facul-
tates.Lactis bibendi
di ratio.Lactis coagu-
lati uires.Butyri uires
ex Galeno.

& digerit perfacile. Nam parotides, & bubones, & oris phlegmonæ, aliæq; partes complures illo prorsus solo curantur, numirum in pueris, ac mulieribus. Sed & dentientium puerorum gingivis illitum, nibilo imbecillius melle gingivas extenuat, per quas exitus est dentibus: & alios omnes in ore affectus phlegmonos, posteaquam fluxio restiterit, digerit pariter & concoquit. Proinde cataplasmatis inditur, que extrinsecus imponuntur parotidibus, hypochondrijs, & bubonibus. Sed & in uentre deuoratum, & ex eo distributione, magnifice confert expunctionibus ex pulmone, idq; in pleuriticis, & peripneumonicis affectibus, cum hoc, quod eos etiam concoquat. Atque si solum lingatur, magis quidem concoquit, uerò minus educit: plus uero si cum melle, & amaris amygdalis, sed minus concoquit. Fit ex bubuli præsertim lactis pinguedine id, quod uulgò Romæ, ac in universa ferè Italia Capo di latte appellant, mensis plurimum expeditum, quod gustui, ac palato maxime arrideat. Verum enim uero ob pinguedinis copiam, præterquam quod uentriculum relaxat, & cuncto supernatam cibo; nutrimentum ejicit, anteaquam concoquatur, vapores in caput mittit, & crassum generat succum. Caseus autem fit ex crassiore cuiuslibet lactis substantia, admisto coagulo, & expresso inde sero. Præfertur in eib[us] recens, quod noxan uentriculo non inferat, concoquatur; facilius, quam qui diutius asseruatur. Nanque uestus, qui quod linguam parumper uellicet, quam plurimus gravior redditur, omnium pessimus est: quippe qui ceteris magis adurat, sicut excitet, & difficilius concoquatur. Quin & calculos in rebus gignit, tunc obstruit, alum cohibet, & in calefactis corporibus atram bilem gignit. Quo fit, ut plus damni ex eius succi pranitate, & feruenti qualitate inferat, quam quod humores crassos attenuando compensare posse. Fugiendus igitur istiusmodi caseus est, cum neque ad concoctionem, neque ad mouendam urinam, neque ad ciendam denique alum, quicquam boni conferat, quemadmodum neque ad succi probitatem. De hoc autem edifferens Galenus libro x. simplicium medicamentorum, sic inquit. Itaque cum nubi olim caseus allatus esset bubulus, quem ex odore acerem esse coniiciebam, abicci, & iam a famulis absumentum putabam: uerò illi talia seruare soliti, longo post tempore ex promptuario proferentes, quidnam de illo fieri iubem, rogant. Ciem igitur edendo non esset propter acrimoniam, ludicrum nobis problema extitit, proponentibus, cui rei quis illum utiliter posset accommodare. Inter ea cum ad me arthriticus quippe in curru conuectus esset, tophos, quos Greeci τόφος nuncupant, in articulis habens, subiit mihi crure suillo salso decocto macerare, ac probè in mortario subigendo unitum, tophis imponere. Et sane arthriticus ab hoc medicamine magnifice adiutus est. nam rupta s[er]pente sua cuta, absque incisione uidelicet, emergebat quotidie extra dolorem toporum particula. Vbi autem totus, qui apud me erat caseus, suisset absimptus, talen sibi alium comparans arthriticus in poscerum seruauit, & postea rursum usus est inueterato: atque ubi tunc quoque idem percepit commodum, sepius deinceps uti perseverabat, & quosdam amicos similiter affectos docuit. Atque id quidem nos excogitauimus: ceterum comprobauit, ac confirmauit experientia. hactenus Galenus. Ex quo palam sit, eiusmodi caseum esse omnino in cibis reprobandum. Qui uero nec recens, nec uestitus fuerit, cum & ipse non sit expers lesionis; minore tamen constat noxa. Præstat ceteris ouillis. Verum sicuti Pergamenum caseum Galenus in laudem sue patrie præ ceteris commendauit libro 111. de alimentorum facultatibus; ita nec mihi sane uitio uertendum existimauerim, si Hetruscum ceteris Italicis præferam, cum præsertim, qui in nostro Senensi agro, ac etiannum Florentino ex ouillo lacte conficitur, qui uulgò appellatur Cascio marzolino, gustu dulcis atque suauis, quod lac, ex quo paratur, coagulo non sit concretum, sed cinara floribus, qui passim uniuersæ ferè Hetruria coaguli uicem præstant: quo fit, ut senescens nunquam aeris euadat. Cui nec alter cedit, qui in nostro agro præstansissimus fit ex caprarum lacte, mensa septembri, recensq; estur. Hunc uulgò Rauaggiuolo appellamus. Deservit is Romæ, quidam à Præsulibus, alijsq; primatibus summopere expetatur. Quippe qui odoratas redoleat herbas, quibus ubique nostrates referri sunt colles, iij; præsertim, qui non longe distant ab urbe nostra. Bubulus præterea caseus, eti plus ceteris nutrit, pinguiorq; existat; est tamen reliquis concoctu difficilior. Caprinus uero quanquam ex temperatori lacte fit confessus; inueteratus tamen reliquis caseis est deterior, cum statim exiccatur, & friabilis fiat. Bubalinus denique in globos illos inceps uinculis constrictus conformatur, qui nostris Mozze, Romanis autem Priuature uulgari sermone dicuntur. Is caseus, quo passim Hetrusci uescuntur, ori quidem gratissimus est, & dulcis, sed ægre concoquitur, quod substantiam babeat admodum pingue ac lentam. His accedit, que uulgò nobis Recotta dicitur. Fit hæc ex serosa lacte parte ad ignem decocta. Recens (si Auicenna, Rasi, & Isach credimus) minus uentriculum uexat, quam caseus omnis recenter pressus. Confert calidis defluxionibus obnoxij, sicut se dat, somnum conciliat: ueruntamen obest uentriculum frigidum habentibus, & neuorum morbis. Inueterata autem ægre concoquitur, sicut exicit, parum nutrit, alum cohibet, & flatus procreat. Reliquum est Serum, quod lactis aquosa est substantia. Hoc (ut Galenus inquit lib. x. simplicium medicamentorum) extergendi potentiam possidet, sumiturq; subducendi uentris gratia, ac per clysteres injicitur, extergens, & abluiens sine mordacitate intestinorum acrimoniam. Præterea si quis ulcera, que sanie infestantur acri, uice aquæ sero colluat, optimè sane fecerit. Præterea quecumque medicamenta digerere solent ecchymomata, & atra, ea præstat sero, quam aqua diluere. Sic etiam eo utimur ad fugillata, & hypophagmata, peculiaribus ad hæc medicamentis commiscentes. Prætulit Mesues serum, quod ex nigrarum caprarum lacte elicitur, deinde quod ex ouillo, sic inquiens. A qua lactis macerationis materia est, & per se quidem innocuum medicamentum. Præfertur, que fit ex lacte nigrarum caprarum, in laudatis pascuis uictitantum, recenterq; foetalium. Excalfacit hec, atque siccat ordine primo completo, & usque ad secundum. Quinetiam attenuat, abluit, abstergit, & nitrosa, quare referta est facultate, aluum absque aliqua mordacitate leniter subducit. Bilem tum flauam, tum atram ab exustis humoribus genitam deiicit: quo fit, ut mirifice conferat maniacis, & melancholicis. Præstat item ad uiscerum infarctus, & morbis inde prouenientibus opitulatur: nimurum aqua inter cuta laborantibus, felle suffusis, & lienosis. Datur utiliter febribus

Caput lactis.

Casei consideratio, & facultates.

animos.

Recogruires.

Seri vires ex Galeno.

Ex Mesues.

Lactis facul-
tates ex Gal.

tibus ex bile, & viscerum, ac uasorum obstructionibus. Competit etiamnum uitiijs in cute à bile, & perustis humo-
ribus emergentibus. Quare lichenibus, utiliginibus, alphis, pforis, leprisq; admodum conuenit. hæc Mesues.

Lactis autem facultates memorie prodidit Galenus loco nuper citato, ubi ita scribit. Lac ubi aliam quamplam
exiccatem facultatem habuerit adiunctam, optimum est remedium dysenterie, & omnium uentris acrum fluxio-
num. Eam accipit à lapidibus, qui prædecocto ipsi inieciuntur igniti. Porro eos esse oportet, quos uocant καχλη-
νας. Et lac eousque decoqui debet, dum pleraque serosi in eo humoris absumpta pars fuerit. At nos inieciis ferreis
in ipsum cylindris cendentibus eandem, aut etiam meliorem facultatem efficiimus. Porro lac totum ad acres oculo-
rum fluxiones tum per se, tum cum mollium collyriorum quoipiam est utile: præterea ad hypopia, & hypophagia-
mata. Quinetiam palpebris extrinsecus, ubi qui ophthalmia laborant, somno sepe dabunt, impositum simul cum ro-
facco, & ovo, phlegmonas eorum concoquet. Sed hoc esto lac mulieris recens ex mamillis expressum. Infundimus
ipsum & utero ulcerato tum per se, tum ijs medicamentis commiscentes, quibus misceri potest, utique citra mor-
sum curantibus, & ubi in sede ulceram mitigamus præ saniei acrimonia dolentia, aut phlegmonas, aut rugas perpe-
tienda. Sic & ad ulcera pudendorum utimur, & omnia que leniri postulant, siue ob inflammationem, siue mor-
sum, siue ob malignitatem. Eaq; propter & cancerosis applicatur ulceribus, medicamentis anodynis commixtum,
qualia sunt, que ex pompholyge constat. Et quid attinet commemorare, quod ore contentum, colatum, gargariza-
tumq; uel maxime phlegmonas eius mitigat? Sed & tonsillas, & columellam, & antias phlegmone affectas admo-
dum mitigat, & proinde anginam. Atq; ut semel dicam, medicamentum est leniens, totam quidem substantiam habet
mordacitatis expertem: sed multo magis, ubi concoctione moderata potissima pars serosi humoris absumpta est. Sic
nibi uidentur etiam medici ad uenena, que erosione intercrintur, lac dari suadere, uelut & lepus marinus interficit,
& cantharis. Sed & sunt, qui exhibent ijs, qui aconitum, & thapsiam sumperint. Sed hec ex ratione fe- 20

Nonina.

cerunt. Quod Greæ γάλα, Latini Lac dicunt: Arabes, Leben: Itali, Latte: Germani, Milich: Hispani,
Leche: Galli, Lait. Caseus uero ita Latinis, rugos Græcis uocatur: Arabibus, Lubon, seu Gieben: Italies,
Casio: Germanis, Kesen: Hispanis, Queso: Gallis, Fournage. At Serum Latine dictum, Græce υγέος γάλα
κτορ appellatur: Italice, Siero: Germanice, Molkæ: Hispanice, Suero de leche: Gallice, Ser du lait. Quod de-
nijs Græci λούτρον, Latinis similiter Butyrum nominant: Arabes, Zebd: Itali, Burro: Germani, Butter, & An-
chen: Hispani, Mauteca: Galli, Beurre, & Bryre.

† Illud hoc loco non prætereundum duxi, quod in Græco codice manu scripto non φυσικὸν, hoc est inflatio-
nem pariens, sed φυσικὸν, id est, naturale legatur. quod lac potius stomachum innuet, quam inflatione uexet: id enim
innuit uerbum naturale. Hanc lectionem secutus fuisse uidetur Serapio: quippe qui ex Dioscoride ita transcribat.
Et lac confort stomacho. Quin & facilis potuit esse librariorum lapsus ob uocum similitudinem. 30



E'glia, καὶ οὐτος. LANAЕ, ET OESYPVS.

CAP. LXVII.

S V C C I D A E lanæ molles è collo, feminibusque laudatissimæ habentur. Subueniunt inter initia
vulneribus, percussis, desquamatis, liuidis, oïsibus fractis, aceto, oleo, aut vino imbutæ: si-
quidem facile succos combibunt, quibus immurguntur, & ob pecudum sordem (sic enim œsyrum
uocant) emolliunt. capit, stomachi, aliarumque partium doloribus, cum aceto, & rosaceo ef-
ficaciter imponuntur. Crematarum lanarum cinis crustas obducit, excrescentias in carne cohi-
bet, & ulceræ ad cicatricem perducit. Mundæ autem, & carptæ, in fictili crudo, cæterorum mo-
re, uruntur. Nec secus fibrati marinorum purpurarum flocculi cremari solent. Aliqui cum
sordibus lanas carpunt, & melle irrigant, eodemque modo urunt. Alij in fictili oris patuli, uer-
cula inter se distantia componunt, & concerptas carminatasque lanas, oleo ita suffusas, ut ne sti-
lare quidem possint, assulis teda subiectis, & eisdem, lanisque permutatim interstratis, leuiter suc-
cendunt, & uistas tollunt. Quod si è teda pix, pinguitudoue ulla profuit, collecta reconditur. La-
uatur

50

uatur ad oculorum medicamenta. cinerem in labellis, aqua addita, manibus confricant, & consider patiuntur: idque sepius, mutantes aquam, donec linguam adstringat, nec mordeat. Oesypum uocant Græci, succidarum lanarum pinguitudinem: cuius parandi ratio hæc est. Succidae molles, radicula non curatae, calida aqua lauantur, & quibuscumque sordibus expressis, & in labellum oris ampli coniectis, aqua infunditur, magnoque impetu ligula, uti respumet, agitatur, aut lignea rude ualidiusculè conturbatur, quo largius sordida spuma colligi possit, deinde marina respergitur: & considente pingui, quod supernatabat, collectoque in altero fictili vase, denuo aqua in labellum fusa agitur: spuma iterum mari perfunditur, & demum eximitur. hoc tantisper fieri solet, dum consumpta pinguitudine, nihil prorsus spumæ extet. Collectum cesypum manibus emollitur, & si qua insedit spurcitia, confessim demitur: exclusaque sensim omni aqua, recentique affusa, manibus misceatur, donec admotum linguae cesypum adstringat leuiter, nec mordeat, atque pingue, candidumque spectetur: tum in fictili vase conditur. uerùm omnia ferido sole fiant. Nonnulli excolatum pingue frigida aqua eluent, & manibus, non secus atque ceratum mulieres, confricant: ita enim candidius redditur. Alij elotis lanis, & sordibus quibuscumque exemptis, ac lento igni in æneo vase ex aqua decoctis, pingue, quod supernatat, collectum aqua, ut diximus, lauant: collatumque in fictilem patellam, quæ calidam aquam contineat, linteo operiunt, atque soli mandant, donec candidum fiat, & satis crassum. Alij bidui spatio aquam effundunt, nouamque adjiciunt. Melius est læue, radicula non curatum, quod succidarum virus oleat, & si manu in concha fricitur cum aqua frigida, albescat, nihil in se duri, aut concreti habens: ueluti quod cerato, aut adipe adulteratur. Oesypum excalfacit, explet ulcera, & emollit; præsertim sedis, ac uulue, cum meliloto, & butyro. In uellere appositum menses, & partus euocat: ulcera non aurium modò sanat, sed & genitalium cum anserino adipe: contra erosos angulos oculorum, scabiososque, genas quæ occalluerunt, & ciliarum defluvia, efficax est. In testa noua torretur, donec redactum in cinerem pinguitudinem amittat. Ex eo etiam fuligo colligitur, uti demonstrauimus: quæ in oculorum medicamenta commode addi solet.

CVM Lanæ succide, & earum sordida pinguitudo, quam Græci Oesypum appellant, & officinarum uulgaris Isopum humidam uocat, plenissime à Dioscoride descripta sunt, nihil nobis hic relictum est, quod declarandum, uel adiiciendum esse putemus. Ceterum ἔριον quod Græcis, Lanæ Latinis dicitur, pariter & Italis: Arabibus, Sauf, aut Suf: Germanis, Schmutziguollen: Hispanis, Lanæ: Gallis, Laine. Quod nero Græce ὄσυπος, Latini item Oesypus nominatur: Arabice, Senfratab, sive Ififaratab: Italicæ, Espo: Hispanice, Isopilho humido; Gallice, Gresse de la laine forge.

Nomina.

P R T I A . COAGVLVM.

CAP. LXVIII.

LEPORIS coagulum tribus obolis ex uino, uenenatorum morsibus, cœliacis, dysentericis, & fœminis fluxione uulue laborantibus, ac reiectionibus à pectore, auxiliatur. sanguinem in grumos concretum discutit. Post menstruas purgationes appositum uulue cum butyro, præstat mulieribus, ut concipient: potum uero partus enecat, & à puerperio, pariendi spem adimit. Equi coagulum, quam hippacen aliqui uocant, priuatim cœliacis, dysentericisque conuenit. Hedi, agni, hinnuli, capreæ laticornis, & dorci, apri, cerui, uituli, bubaliue coagula, similes naturas fortununtur: contra aconiti potum in uino, & concretum lac in aceto conuenienter assumuntur. Hinnuli priuatim triduo à purgationibus admotum, partus spem intercipit. Vituli marini, castorei uires repræsentat: comitalibus, strangulatis uuluis, potu conferre existimatur. Sed si sit uituli marini, hoc experimentum est: aqua respergitur, qua paulisper cum alterius animantis, tum præcipue agni coagulum, maduerit: nam si erit syncerum, statim liquefit in aquam: sin minus, consimile permanet. Excipitur autem catulis, qui nondum natare possunt. In summa, coagulum omne dissipata cogit, & coacta dissoluit.

ANIMALIVM coagulum (ut Aristoteles memorie prodidit lib. IIII. cap. XXI. de historia animalium) Id est substantia est: quippe quod in eorum uentriculo, quæ adhuc lactent, continetur. Est ergo coagulum lac ignem habens intra se, quod cum animalis tempore concoqueretur, caseum traxerit. Habent coagulum omnia ruminantia, & inter dentata utrinque lepus. Quò uetusius coagulum est, eo præstantius: tale enim profluuiu alii mederi præcipue potest: atque etiam quod leporis est. Sed laudatissimum hinnuli. hæc Aristoteles. Quod autem leporinum coagulum sanguinem reiuentibus conueniat, ut Dioscorides scribit, minimè quidem probare uidetur Galenus lib. X. simp. medicamentorum ubi sic inquit. Coagulum omne acris, ac digerentis potentie est, ac nimiriū etiam exicatoriae: nam necessariò id superiora comitantur. Ac leporis quidem coagulum comitalem morbum, si cum aceto ehibatur, præterea profluuium muliebre sanare proditum est: sed & lac in uentre coagulatum dissoluere: quod certe & nos experti sumus, non solum in leporino; sed etiam in aliorum animalium coagulo. Attamen leporinū omnium est præstantissimum. Sed & sanguinem in uentre concretum simili modo epotum dissoluit, ac efficacius fortasse certe ris leporinum: uerùm non solum, quod quibusdam scriptum legitur, sed & hoc commune est omni coagulo. Qui-

Coagulicon sideratio.

Coaguli facul tates ex Gal.

dam autem sanguinis ex thorace reiectiones leporinum coagulum epotum supprimere prodiderunt. cæterum nec aliud quenquam eo usum noui, nec ipse sum ausus acri uti remedio ad affectum adstrictionem poscentem. Porro coagulum equinum ad dysentericos, et coeliacos accommodari scripserunt nonnulli. At phœcæ coagulum eximè aptum esse quidam prædicant, tanquam uires obtineat castorij. Verum quæcumq; proditum est, quodque coagulum secundum effectione totius præstare proprietatem, non est nunc tempus exponere. Eius nomen Græcum πιτύα: Latinum, Coagulum: Arabicum, Anfa, Anfhae, seu Anfhaa: Italicum, Caglio: Germanicum, Lypp, Kymn lypp, & Kæf lypp: Hispanicum, Coalho: Gallicum, Prescure.

Στέαρ. A D E P S.

C A P. L X I X.

A D E P S anserinus, aut gallinaceus recens, & sine sale conditus, ad vuluæ uitia proficit. Sale inueteratus, & qui temporis spatio acrimoniam concepit, uuluæ inimicus est. Recens exemptis membranis in fictilem ollam demissus, quæ altero tantopere capacior sit, quantus sit modus adipis, quem curare institueris, obstructo diligenter uale, flagrantissimo soli exponitur: eliquescens inde humor in fictile alterum excolatur, donec adeps omnis absumatur: mox loco uehementer frigido reconditur, & ad usus digeritur. Alij fictile fulciunt super aquam calidam, aut tenuem & elonguidam prunam, quæ solis uicem penserit. Est & alia curandi ratio. Exemptis membranis territur, coniectusque in ollam eliquatur, adiecto minutu salis momento: mox lineo colo transfusus reponitur. Utile in medicamenta additur, quæ lassitudines, & fatigationes leuant. Suillus adeps, & ursinus hoc curantur modo. Recens, præpinguis, renibus potissimum detractus, in largiore aqua cælesti, & quam frigidissima, exemptisque tunicis, diligentissime manibus confricatur, & exprimendo serme siccatur, subindeque noua aqua abluitur: cæterum fictili capacitatis duplae inditus, in aquam demergitur, & subditis leuibus prunis spatha mouetur: eliquatusque, colo transfunditur in aquam. Vbi verò refixit, & guttatum aquam omnem exclusit, in prælotum fictile demittitur, & infusa aqua leniter eliquari debet, & manu deprimi, quò facilius faculentum uirus pessum eat: postea in pilam spongia madefactam transfunditur. ubi coire cœpit, residens in imo fordes eximitur. Tertiò citra aquam eliquatur, repurgatusque, fictili bene operculato, perquam frigidis locis reponitur. Hircinum seuum, ouillum, ceruinumque ita curato. Elotum ex his quocunque tunicis (ut in suilli mentione dictum est) exemptis, pileæ emolliendum tradito, ac manibus fricato, affusa paulatim aqua, donec ne amplius quidem cruentum uirus excernatur, aut pingue aliquod innatet, sed nitida spectetur. Deinde in ollam fictilem conijcito, & adiecta aqua, ut superemineat, leui pruna liquefacito, & moueto, atque in aquam colato: cumque refixerit, iterum in loto fictili eliquato, & quæ antè diximus, facito. Tertiò sine aqua liquefactum, in perfusam liquore pilam colato, refrigeratumque, ut in suilli ratione diximus, recondito. Bubulum autem seuum, renibus maximè detractum, exemptis membranis, aqua marina ex alto petita eluendum est: mox in pila tundendum diligenter, affusa maris aqua. Cum uero dissolutum fuerit, in fictilem ollam conijcendum, & marina aqua, quæ non minus dodrante superemineat, proluendum. decoquendum, donec omnis aboleatur odor, additis ad singulas seu Atticas minas, quaternis Tyrrhenicæ ceræ drachmis: excolatumque, detractis quæ pessum ierant fordinibus, in novo fictili reponendum, opertumque soli interdiu credendum, ut ad candorem reducatur, & odoris 40 uirus euanescat. Priuatim taurorum pingue sic curari debet. Renibus euulsum pingue profluente amnis aqua abluito, detractisque tunicis, fictili nouo, postquam exiguum salem insperferis, liquefacito: dein in nitentem aquam excolato: & vbi concrescere cœpit, manibus iterum confricando uehementer lauato, aqua sèpius infusa, refusaque, donec quam optimè elotum uideatur. Rursum in olla cum pari modo uini odorati decoquito, & cum iterum effervuerit, dempto ab igni usque, ibidem finito pernoctare: postridie si grauiter adhuc oleat, noua olla repetitum, uino odorato perfundatur. eadem quæ prius, fiant, dum omne uirus euanescat. Colliquatur & sine sale, præsertim affectionum earum causa, quibus sal aduersari solet: sed ita paratum non magnopere albescit. Eodem modo pardorum, ac leonum pingua curari oportet. Taurinum autem, & uitulinum pingue, necnon ceruinum, atque etiam huius animalis medulla, odoramentis imbuitur, hac ratione. Pingue, quod odoratum reddi debet, demptis, quo diximus modo, membranis, elotum, & uino quam odoratissimo, nulla maris aqua diluto, seruefactum, pernoctare sinitur: alterum id genus uinum eadem mensura infunditur, colliquatur, & exquisitè colatur: nouemque eius heminis, iunci Arabici septem drachmæ adjiciuntur. Quod si ipsum odoris fragrantioris fieri uoles, quadraginta floris eiusdem drachmæ, cum paribus palmæ, calami, & cassiae modis adduntur: & xylobalsami, aspalathi singulae drachmæ: cinnamomi, cardamomi, & nardi, singulae vnicæ omnia exactius tunduntur, & affuso vino odorato, in vase operto, quod supra carbones firmiter collocatum sit, ter effervescent, & semoto ab igni vase inibi pernoctant: postridie vinum effunditur, aliudque generis eiusdem adjicitur. Ter simili modo bene conferuescat: deinde matutinis exempto adipe vinum effundatur, & abluto vase, si quid imo sublidens hæsit, detergatur. postrem eliquatum pingue, & excolatum, ad usus reconditur. Hoc autem modo odoramentis imbuitur, quod antea curatum est. Verum antè

antè dicta prius inspissari solent, quòd facilius sibi odoramentorum uires adsciscant. Itaque assumens quodcumque horum uoles, cum uino feruefacito, impositis unà myrti ramulis, serpylio, cypero, item aspalatho plenius tufo. Aliqui tamen ad hunc usum, uno duntaxat horum contenti sunt. Cùm autem ter efferbuit, exemptum leniter, & linteo colatum, aromatis, vti expositum est, imbuitur.

Adipibus spissamenta sic fiunt (quemcunque acceperis, oportet, ut recens tundatur.) Syncerus, & sanguinis expers adeps, reliquas habens notas, quas sèpe retulimus, in ollam nouam demittitur, infuso vino albo, vetere, odorato, quod semipedis altitudinem supererit: lento igni feruescat, dum uernaculus odor aboleatur, planeque uinum redoleat. At ubi deposito uafe refrixit, duæ adipis minæ in ollam mittuntur, & duo uini eiusdem sextarij, & feminis loti, eius inquam, cuius è ligno ludicræ tibiæ factitantur, tufi minæ quatuor adjiciuntur: lento igni subinde miscendo decoquuntur: cùmque odoris virus euanuerit, excolatusque adeps refrixerit, una contusi aspalathi mina, cum amaracini floris minis quatuor, & ueteri uino subigitur. Nocte una hæc odorem rapiunt, combibuntue: postridie in fictilem ollam tricongiale ea omnia cum adipe iniecta, additis sextarijs tribus uini, unà feruescant, quoisque & uim, & odorem spissamentorum adeps ipse contraxerit: qui eliquescens colatur, & reponitur. Quòd si maiorem odoris fragrantiam efflagites, drachmas octo quām pinguissimæ myrrhæ uino maceratae, quod multos in annos afferuatum est, misceto. Gallinaceus, anserinusque sic odoribus imbui solent. Cuiusuis eorum percurati sextarij duo fictiliolla excipiuntur: erysaceptri, xylobalsami, palmae elatae, & calami planè contusi, singulorum sefcuncia admiscetur: uini Lesbij ueteris cyathus vnum adjicitur: eater effervescent prunis, mox uase sublato ab igne, die, noctuque refrigerantur: postridie liquata per linteum crassum mundum in uas excolantur. ubi uero adeps coierit, concha excipitur, fictiliique nouo densius operto perfrigidis locis reponitur. Hyberno tempore id instituere oportet: æstate siquidem pingua non coguntur. Nec desunt, qui Tyrhenica ceræ momentum adjiciant, quòd facilius in unum corpus omnina coalescant. Eadem ratione suillus adeps, & ursinus, cæterique id genus, odoramentis imbuntur. Verùm sampsuchi odorem adeps ipse repræsentabit hoc modo. Curati quām optimè adipis, præsertim taurini, mina una, tempestiuque sampsuchi exquisitè confracti sesquimina miscentur, & insperso largiore uino digeruntur in offas, quæ in uafe cooperto nocte quiescunt. Matutinis in fictiliolla leuisculo igni, affusa aqua leuiter coquuntur: dumque suum adeps odorem exuerit, defæcatus, ac bene opertus, nocte tota permanet. postero die detersa sorde, quæ pessum ierat, sampsuchi, ut dictum est, contusi iterum sesquimina priori pastillo adjicitur, eodemque modo in offas cogitur: alijs quæ diximus peractis, decoquuntur, & colatur, & si qua fundo hæsit spurcitia, deraditur, & frigido loco reconditur. Si quis tamen incuratum adipem anserinum, gallinaceum, aut uitulinum à putredine tueri uelit, ita faciendum est. Quémuis adipem diligenter elotum, & siccatum in umbra super cribrum, per linta munda manibus uehementer exprimat, linoque consutum umbroso in loco suspendat, & post multos dies noua charta inuolutum, frigido loco recondat. Pingua autem indito melle uindicantur à putredinis uitio. Vis omnium est excalfacere, molire, rafacere. Taurinus adeps, bubulus, & uitulinus aliquantum adstringunt. Earundem uirium compos leoninus: nam resistere eum aiunt ijs, qui infidias moliuntur. Ceruino, elephantinoque perunctos, serpentes fugiunt. Adstringentior est caprinus: qua ex causa decoctus cum polenta, rhoë, & caseo dysentericis datur, & cum ptisanæ succo infunditur. Ius decocti phthisicis in sorbitionibus prodest, datur quoque utiliter ijs, qui cantharidum uenena hauserunt. Hircinus, ut qui ualidissime discutiat, podagrīcī auxiliatur, cum simo capræ, & croco impositus. huic proportione respondet ouillus. Suillus uero contra uulnæ, & sedis uitia idoneus est: ambustis igni medetur. E' sue uetusissimus quisque sale conditus excalfacit, & emollit: elotus uino pleuriticis prodest: cinere, aut calce exceptus, inflammationibus, fistulis, ac tumoribus succurrit. Asinum tradunt cicatrices corpori concolores reddere. Anserinus, gallinaceusque conueniunt muliebribus malis, & ad labiorum rimas, ad mangonizandam faciem, & contra aurium dolores. Vrsinum constat raptos uitia alopecia capillos restituere, pernionibus subuenire. Vulpinus medetur aurium doloribus. Fluuiatilium pilicium pingua perunctis oculis claritatem afferunt, si in sole liquecant, & melli admisceantur. Viperæ adeps contra oculorum hebetudines, suffusionesque efficax est, addita cedria, melle Attico, & pari oleo ueteri: pilos alis euulos perunctis radicibus recens, & per se illitus obliterat, atque renasci non patitur.

T A M E T S I de adipibus, scuis, & pinguis, quæ in medicum usum ueniunt, copiosæ, & abundanter locutus sit Dioscorides: utpote qui non eorum modò facultates, & uires tradiderit; sed etiam rationem docuerit, qua illa curentur, spissa & odorata reddantur, & à putredine uindcentur. tamen cum de eorum natura, & facultate accuratius (meo quidem iudicio) copiosius etiam, & particularius differuerit Galenus, nec uanum, nec à nostro instituto alienum duximus, hic ea omnia referre, quæ ab ipso memorie prodita sunt libro x 1. simplicium medicamentorum, ubi ita scriptum reliquit. Pinguedo, & adeps & hæc quoque communissima sunt inter animalium partes. Nam omnia, quæ bene nutriuntur, aut pinguedinem, aut adipem obtinent. Quæ uero macilenta sunt, ma-
leȝ; nutriuntur, sæpe omnino ne habere quidem apparent, sæpe uero adeo pauculum, idq; siccum, ut ægræ uti pos-
sis.

Pinguedinis

uires ex Gal.

sis. Porro differt à pinguedine adeps crassitie: ac propterea animalibus totam naturam terroforem habentibus adeps prouenit, uelut humidioribus pinguedo. Proinde pinguedo celeriter ab igne liquefit, nec facile, ubi liquata fuerit, rursum concrescit, cogiturū. At adeps nec facile funditur, liquefit, & fusus celerrime coit, ac conglaciat, multoq; apparat pinguedine durior. Sus enim bene nutritus, pastusue multam habet pinguedinem, ob naturalem temperamenti humiditatem. At boves, & capre, & quecumq; id genus cornigera, ob siccitudinem adipem plurimum generant. At tu si uoles, oleofanum, & pinguem in animalibus substantiam omnem adipem appellato, ut pleriq; medici. Sed & pinguedinem appellare totum hoc genus tibi licet. Non tamen licet tibi etiā mendacium adipem caprinum humidorem esse dicere, quam suum. Nam hic omnium ferme aliorum est humidissimus, ac proinde actione sua vicinam oleo uim posidens, quanquam oleo magis tum emolliat, tum concoquat: ac proinde etiā plasmatis, que ad phlegmonas accommodantur, commisceri solet. Qui uero mordicationes perpetuum aut in recto intestino, aut in colo, ijs potius caprinum adipem, quam suillum inijecimus: non quod acrimonias plus obtundat (nam ex natura sua suillus obtundit magis, ac proinde miscetur medicamentis ulceris curantibus, cuiusmodi est, quod uocant parvulum) sed quod caprini primis ob crassitatem citius concrecat, suillus autem instar olei defluat: proinde ipsum potius dysentericis, & tinea- mosis inijcimus, quando morsum corum mitigare consilium est. Porro ob tenuitatem partium nonnulla acrimonias magis retundunt, ubi nimur in alto mordicatorum corporum, quod molestum est, hæcerit. Nam quod crassarum est partium, minus; magis autem quod subtilium partium est, tota corpora penetrat, & omnibus ipsum saniebus mordicantibus permiscetur. Hac ratione adeps anserinus, que in alto corporum mordicant, magis obtundit: sed & suillo calidior est. Horum tamen in medio est gallinacorum adeps, ac gallinarum. Porro calidior semper, ac siccior est masculorum animalium, & horum ipsorum exercitorum minus tum calidus, tum siccus. Quippe mas castratus eiusdem semper generis feminæ assimilatur. Hoc autem sermonis caput commune est, cuius meminisse oportet: Pro animaliū temperatura semper existere differentias eius, que in illis est, pinguedinis, aut adipis, aut quoconque modo appellare libebit totum hoc genus corporis in animalibus oleosi, & pinguis. Igitur cum suis omnibus propè quadrupedibus animalibus in caliditate, ac siccitate inferior sit; proinde pinguedinem quoque minus habet calidam, magisq; humidam. Omnis igitur pinguedinis facultas est humectatoria, & excalctoria humanorum corporum. Huius enim meminisse perpetuo oportet in principiis huius operis dicti. At differentiae, que sunt cuiusq; singulatim in maioris, minorisq; ratione sunt. Nam pinguedo suis, ut ad nos quidem, largius humectare potest, sed non aequi excalfacere, ut oleum: uerum pinguedinis suum talis est caliditas, qualis spectatur in nobis. Porro taurorum adeps sullo multo calidior est, & siccior. Rursum id & hic memoria repetentibus nobis, marem feminam esse tum calidorem, tum siccirem: marem autem castratum assimilari feminæ, uelut quicquid iuuenilis est etatis. Et inter iuuenilia feminina mare humidior est, & minus calida. Sic & adeps uitulinus, taurino minus tum calidus est, tum siccus: & hædorum, quam caprarum: sed & caprarum minus, quam hircorum. Et rursum taurorum minus, quam leonum: nam horum adeps omnium prope quadrupedum adipem potentius digerit. nam & ipsorum calidissimus est, & maximè tenuum partium. Itaq; si ipsum medicamentis ad ulceram, & phlegmonas convenientibus commisceas, non modò nihil adiuveris; uerum etiam Le- seris, nimur addita maiori, quam conuentat acrimonia. Inueteratis tamen tumoribus atque scirrhī in morem indu- ratis, tum nervorum curuaturis (αγνύλαις Græci uocant) & in summa quecumque scirrhosa sunt, ijs aptissimus est, in quibus sane inefficacissimus appetit suillus. Taurinus autem ab utroq; ex aequo distat, ut quanto calidior, sicciorq; sullo est, tanto superetur à leonino. Itaque tanquam in medio consistens, merito utrique medicamentorum miscetur generi, & ijs scilicet, que scirrhosis medentur, & ijs, que phlegmonas concoquunt, cuiusmodi est tetrapharmacum quod uocant, ex cera, resina, pice, & adipem constans. Nam siue in hoc taurinum, siue uitulinum, siue hircinum, siue caprinum, siue suillum indideris, semper puri mouendo aptum, & concoctorum medicamen effeceris. Sed suillus si addatur, in pueris, & foeminis, & ut breuiter dicam, omnibus, quibus caro est mollior, competit. Si taurinum adie- ceris, fessoribus, & messoribus, & omnibus carnem duram habentibus, siue ob naturalem temperiem, siue ex ratio- ne, ac forma uite, conueniens effeceris. Ceterum adeps omnis dum inueterascit, se ipso & calidior, & tenuior effe- citur, ac proinde quoque magis discussoriis. Verum id omnibus ferè inueterascitibus accedit, que quidem putrefac- re non anticipent. Nam uinum, mel, acetum, frumentum, butyrum, lana succida, oleum omne, siue lenticinum, siue cicinum, siue raphaninum, siue ipsum quod ex oliuis conficitur, uetus late & calidior, & tenuior essentie efficiuntur: ac proinde gustantibus apparent acriora, & ad induratos, egreis, solubiles affectus omnes adhibentibus potentius digerentia. Atq; ego sane gustantibus acriora uideri dixi. At quidam, quibus studium est nominum significatus corrumpere, non acris, sed adstringentia uocant id genus omnia, adusque piper: tanquam interstibilis, adstringens, an acre dixeris. Etsi denuо illos roges de galla, myrtis, mespilis, mali punici putaminibus, que fidia uocant, rhoë, & omphacio, & hæc dicunt adstringere: tametsi aduersissimum ex illis sensum percipiamus ei, qui in nobis sit à pipe- re, pyrebro, napy, euphorbio, cepa, allio, & adare. Igitur si quemadmodum adstrictionis uocabulum de utroque affectu, quem gustu percipimus, communiter efferunt, sic ipsos quoq; affectus unam habere naturam existimant, quid- quis aliud potius habendi sunt, quam homines, ut qui soli proprios sensus obtineant. At si omphacea, rhoë, gallam, balau- stium, hypocistida contrahere, constringereq; nostram fateantur substantiam: secernere uero, mordicare, ac pene- trare, piper, napy, pyrebrum, impropriæ adstringentia nuncupant, que mordicant, & excalfaciunt: ceterum in cognoscendis ipsis medicamentis non peccant. Verum si oportet coniectantem dicere, an in vocabulis, aut in rebus hallucinantur, equidem in uocabulis potius falsos illos dixerim, & maximè quibus Græca lingua insuet est, qua- lis est Dioscorides Anazarbenis, qui profecto multa bene dixit eorum, que de materia medica memorie prodidit, cœ- terum significata Græcanicarum uocum non satis pernoui. Hic ergo cum ait magis esse adstrictiorum adipem capri- num suillo: si quidem acriorem significare uelit, per magis adstrictiorum, accipimus sermonem ceu uerum. At si il- lud,

150
155
160
165
170
175
180
185
190
195
200
205
210
215
220
225
230
235
240
245
250
255
260
265
270
275
280
285
290
295
300
305
310
315
320
325
330
335
340
345
350
355
360
365
370
375
380
385
390
395
400
405
410
415
420
425
430
435
440
445
450
455
460
465
470
475
480
485
490
495
500
505
510
515
520
525
530
535
540
545
550
555
560
565
570
575
580
585
590
595
600
605
610
615
620
625
630
635
640
645
650
655
660
665
670
675
680
685
690
695
700
705
710
715
720
725
730
735
740
745
750
755
760
765
770
775
780
785
790
795
800
805
810
815
820
825
830
835
840
845
850
855
860
865
870
875
880
885
890
895
900
905
910
915
920
925
930
935
940
945
950
955
960
965
970
975
980
985
990
995
1000
1005
1010
1015
1020
1025
1030
1035
1040
1045
1050
1055
1060
1065
1070
1075
1080
1085
1090
1095
1100
1105
1110
1115
1120
1125
1130
1135
1140
1145
1150
1155
1160
1165
1170
1175
1180
1185
1190
1195
1200
1205
1210
1215
1220
1225
1230
1235
1240
1245
1250
1255
1260
1265
1270
1275
1280
1285
1290
1295
1300
1305
1310
1315
1320
1325
1330
1335
1340
1345
1350
1355
1360
1365
1370
1375
1380
1385
1390
1395
1400
1405
1410
1415
1420
1425
1430
1435
1440
1445
1450
1455
1460
1465
1470
1475
1480
1485
1490
1495
1500
1505
1510
1515
1520
1525
1530
1535
1540
1545
1550
1555
1560
1565
1570
1575
1580
1585
1590
1595
1600
1605
1610
1615
1620
1625
1630
1635
1640
1645
1650
1655
1660
1665
1670
1675
1680
1685
1690
1695
1700
1705
1710
1715
1720
1725
1730
1735
1740
1745
1750
1755
1760
1765
1770
1775
1780
1785
1790
1795
1800
1805
1810
1815
1820
1825
1830
1835
1840
1845
1850
1855
1860
1865
1870
1875
1880
1885
1890
1895
1900
1905
1910
1915
1920
1925
1930
1935
1940
1945
1950
1955
1960
1965
1970
1975
1980
1985
1990
1995
2000
2005
2010
2015
2020
2025
2030
2035
2040
2045
2050
2055
2060
2065
2070
2075
2080
2085
2090
2095
2100
2105
2110
2115
2120
2125
2130
2135
2140
2145
2150
2155
2160
2165
2170
2175
2180
2185
2190
2195
2200
2205
2210
2215
2220
2225
2230
2235
2240
2245
2250
2255
2260
2265
2270
2275
2280
2285
2290
2295
2300
2305
2310
2315
2320
2325
2330
2335
2340
2345
2350
2355
2360
2365
2370
2375
2380
2385
2390
2395
2400
2405
2410
2415
2420
2425
2430
2435
2440
2445
2450
2455
2460
2465
2470
2475
2480
2485
2490
2495
2500
2505
2510
2515
2520
2525
2530
2535
2540
2545
2550
2555
2560
2565
2570
2575
2580
2585
2590
2595
2600
2605
2610
2615
2620
2625
2630
2635
2640
2645
2650
2655
2660
2665
2670
2675
2680
2685
2690
2695
2700
2705
2710
2715
2720
2725
2730
2735
2740
2745
2750
2755
2760
2765
2770
2775
2780
2785
2790
2795
2800
2805
2810
2815
2820
2825
2830
2835
2840
2845
2850
2855
2860
2865
2870
2875
2880
2885
2890
2895
2900
2905
2910
2915
2920
2925
2930
2935
2940
2945
2950
2955
2960
2965
2970
2975
2980
2985
2990
2995
3000
3005
3010
3015
3020
3025
3030
3035
3040
3045
3050
3055
3060
3065
3070
3075
3080
3085
3090
3095
3100
3105
3110
3115
3120
3125
3130
3135
3140
3145
3150
3155
3160
3165
3170
3175
3180
3185
3190
3195
3200
3205
3210
3215
3220
3225
3230
3235
3240
3245
3250
3255
3260
3265
3270
3275
3280
3285
3290
3295
3300
3305
3310
3315
3320
3325
3330
3335
3340
3345
3350
3355
3360
3365
3370
3375
3380
3385
3390
3395
3400
3405
3410
3415
3420
3425
3430
3435
3440
3445
3450
3455
3460
3465
3470
3475
3480
3485
3490
3495
3500
3505
3510
3515
3520
3525
3530
3535
3540
3545
3550
3555
3560
3565
3570
3575
3580
3585
3590
3595
3600
3605
3610
3615
3620
3625
3630
3635
3640
3645
3650
3655
3660
3665
3670
3675
3680
3685
3690
3695
3700
3705
3710
3715
3720
3725
3730
3735
3740
3745
3750
3755
3760
3765
3770
3775
3780
3785
3790
3795
3800
3805
3810
3815
3820
3825
3830
3835
3840
3845
3850
3855
3860
3865
3870
3875
3880
3885
3890
3895
3900
3905
3910
3915
3920
3925
3930
3935
3940
3945
3950
3955
3960
3965
3970
3975
3980
3985
3990
3995
4000
4005
4010
4015
4020
4025
4030
4035
4040
4045
4050
4055
4060
4065
4070
4075
4080
4085
4090
4095
4100
4105
4110
4115
4120
4125
4130
4135
4140
4145
4150
4155
4160
4165
4170
4175
4180
4185
4190
4195
4200
4205
4210
4215
4220
4225
4230
4235
4240
4245
4250
4255
4260
4265
4270
4275
4280
4285
4290
4295
4300
4305
4310
4315
4320
4325
4330
4335
4340
4345
4350
4355
4360
4365
4370
4375
4380
4385
4390
4395
4400
4405
4410
4415
4420
4425
4430
4435
4440
4445
4450
4455
4460
4465
4470
4475
4480
4485
4490
4495
4500
4505
4510
4515
4520
4525
4530
4535
4540
4545
4550
4555
4560
4565
4570
4575
4580
4585
4590
4595
4600
4605
4610
4615
4620
4625
4630
4635
4640
4645
4650
4655
4660
4665
4670
4675
4680
4685
4690
4695
4700
4705
4710
4715
4720
4725
4730
4735
4740
4745
4750
4755
4760
4765
4770
4775
4780
4785
4790
4795
4800
4805
4810
4815
4820
4825
4830
4835
4840
4845
4850
4855
4860
4865
4870
4875
4880
4885
4890
4895
4900
4905
4910
4915
4920
4925
4930
4935
4940
4945
4950
4955
4960
4965
4970
4975
4980
4985
4990
4995
5000
5005
5010
5015
5020
5025
5030
5035
5040
5045
5050
5055
5060
5065
5070
5075
5080
5085
5090
5095
5100
5105
5110
5115
5120
5125
5130
5135
5140
5145
5150
5155
5160
5165
5170
5175
5180
5185
5190
5195
5200
5205
5210
5215
5220
5225
5230
5235
5240
5245
5250
5255
5260
5265
5270
5275
5280
5285
5290
5295
5300
5305
5310
5315
5320
5325
5330
5335
5340
5345
5350
5355
5360
5365
5370
5375
5380
5385
5390
5395
5400
5405
5410
5415
5420
5425
5430
5435
5440
5445
5450
5455
5460
5465
5470
5475
5480
5485
5490
5495
5500
5505
5510
5515
5520
5525
5530
5535
5540
5545
5550
5555
5560
5565
5570
5575
5580
5585
5590
5595
5600
5605
5610
5615
5620
5625
5630
5635
5640
5645
5650
5655
5660
5665
5670
5675
5680
5685
5690
5695
5700
5705
5710
5715
5720
5725
5730
5735
5740
5745
5750
5755
5760
5765
5770
5775
5780
5785
5790
5795
5800
5805
5810
5815
5820
5825
5830
5835
5840
5845
5850
5855
5860
5865
5870
5875
5880
5885
5890
5895
5900
5905
5910
5915
5920
5925
5930
5935
5940
5945
5950
5955
5960
5965
5970
5975
5980
5985
5990
5995
6000
6005
6010
6015
6020
6025
6030
6035
6040
6045
6050
6055
6060
6065
6070
6075
6080
6085
6090
6095
6100
6105
6110
6115
6120
6125
6130
6135
6140
6145
6150
6155
6160
6165
6170
6175
6180
6185
6190
6195
6200
6205
6210
6215
6220
6225
6230
6235
6240
6245
6250
6255
6260
6265
6270
6275
6280
6285
6290
6295
6300
6305
6310
6315
6320
6325
6330
6335
6340
6345
6350
6355
6360
6365
6370

Iud, talem habentem qualitatem, & facultatem, qualem rhus, rheon, hypocistis, balaustium, haud uerum esse sermone dicemus. Porro quoniam uiperarum adipem, ubi radicitus pilos sub aliis euulseris, prohibere illos recreescere ilatum referunt, uisum est mihi eius facere periculum esse satius: at ubi prout iubent, fecisset, mentitos comperi, sicut etiam quod initia suffusionum sanet. Verum ursorum adipem alopecias curare uerè scripserunt: cùm tamen probatiora habeamus ad eum affectum remedia. Porro cùm dicant tamen uulpinum adipem dolores aurium sanare, absque ut explicit, quos aurium dolores dicant, ceu non noscentibus ipsis distinguere, que dicunt, attendendum non est. Alij piscium adipem laudant, tanquam ad suffusiones, aut quemcunque alium affectum nominare uelint, congruat. Alij non simpliciter piscium, sed addunt fluviatilium: alijs uero potius marinorum, quod uidelicet aliquid plus scire uideantur, quam uulgaris. hec Galenus. Ceterum de Tassi pinguedine, que (ut experimento manifesto constat) contractos nervos, & articulorum duritijs emollit, & discutit, nihil posteritatis memorie proddiderunt Dioscorides, Galenus, & Paulus. Nec præterea Galenus pinguedinis curande, ac parandæ rationem ullam, quod sciā, tradidit: nec quibus odoramentis ueteres pinguedinem imbuerent, & in unguenti morem conficerent. quemadmodum hac nostra etate unguentarij illam parant, quam uulgata POMATA vocamus. Ea autem hoc modo paratur. Sumunt cereuii adipis, aut hædi binas libras: suilli uero recentis uncias sex: deinde exemptis membranis, uno albo lauant, expiuntq; tandiu, donec uinum omne exeat. Post hec elotam pinguedinem in fistile nouum, uitro, uel plumbo oblitum coniunct, additis nardi Indici graniis tribus, caryophyllorum semuncia, nucis myristicae drachmis duabus, malis apianis, uel sylvestribus semicontus sentis, uel septenis. Haec omnia in sufficienti aquæ rosaceæ quantitate macerant die una: deinde lento igne tandiu decoquunt uas operculo contegentes, & rudicula sepius miscentes, quo usque universa serè aqua evanescat. Percolan deinde linteolo spissiori subdito uase mundo, aqua rosarū madente, dimittuntq; concrescere. Quo facto in fistile nouum iterum coniunct, adiectis olei amygdalini dulcis uncis sex, cere alba uncis quatuor, & ad ignem colliquant, ac postmodum linteolo percolant in nitidissimum catinum aqua rosarum affusa: finuntq; concrescere. Demum eadem aqua moschum experta, aut alijs refragantibus aquis, tandiu lauant rude miscentes, donec unguentum illud ad summum albescat. Tunc enim extrahunt, & uitreō uase recondunt, seruantq; in frigido loco, ne rancorem contrahat. Hoc in Italia frequentissimum obtinet uisum ad labiorum, manuum, & mamilarum rimas, tam à frigore, quam ab acri succo factas. Utuntur eo præterea ad desquamatam cutem, & ad crustosas papulas, que pueris in capite evanescentur. Sunt qui ei corallia porphyreō lapide leuigata admisceant, ut melius, ciuitusq; rime occludantur. Alij uero cinnabarini addunt, ut flammœum referat colorem. Porro (ut libro tertio de facultate alimentorum scribit Galenus, & Isach Arabicus in dietis) Adeps omnis in cibis sumptus uentriculum effundit, appetentiam deiicit, pituitam auget, parum nutrit, succum illaudabilem gignit, alii fluxiones commouet, retentricem uentriculi facultatem imbecillē reddit: sensus, & intellectum hebetat, somnolentiam inducit, & in uentris culis facile in bilem uertitur, & in uapores caput petentes. Quare adeps est potius in ciborum condimentis, quam in alimentis expetendus. Στέας Græcis, Latinis adeps, & pinguedo appellatur: Arabibus, Menim, Vxaham, siue Nominis Saham: Italisch, Grasso: Germanis, Feyß, Fettigleit, & Schmaltz: Hispanis, Gordura: Gallis, Gresse.

Pomata pa-
ræ ratio, &
vuls.

Adipis in ci-
bis facultas.

MUΛΩΣ. MEDULLA.

CAP. LXX.

L A V D A T I S S I M A est ceruina, mox vitulina, post hanc taurina, dein caprina, & ouilla. Colliguntur æstatis exitu, cùm appetit autumnus: quippe cùm alijs anni temporibus concrementum sanguinis, & veluti caro friabilis, in ossibus inueniatur: nec facilè cognosci potest, ni quis eam ossibus 40 extrahat, & recondat. Omnes medullæ molliunt, calfaciunt, rarefaciunt, vlcera explent. Ceruina perunetos venenata fugiunt. Curantur recentes, adipis modo, aquæ respersu subactæ, selectisq; ossibus tantisper elotæ, & in linteum expressæ, donec aqua syncera emanet: & detersa sorde pinna, si qua innatet, liquata in duplicato vase in pilam exprimuntur: & ubi coiere, omni fæce, quæ ad imam fidit, derafa, fistili nouo reponuntur. Quod si libet incuratas reponere, facito omnia, quæ de ancestrum, & gallinarum adipe demonstrauimus.

M E D U L L A, ut scriptum reliquit Galenus libro x i. simplicium medicamentorum, uim habet indurata, & scirrhosa corpora emoliendi, siue muscularis, siue tendonibus, siue ligamentis id accidat, siue etiam uisceribus. Optime semper expertus sum ceruinam: deinde ipsorum iuniorum boum, quos uitulos etiam nominant, ac proinde medium eorum uitulinam appellant. At hircorum, & taurorum tum acrior est, tum siccior. Itaq; durities scirrhosas dissoluere nequit, siqua etiam memoria manet eorum, que in quinto libro de his sunt prodita. Ex uitulina 50 igitur, & ceruina medulla pessi componunt uteros emollientes. Et extrinsecus uteris medicamenta imponuntur, que ex medulla preparantur, uim habentia emoliendi. Accipitur autem non solum medulla ex ossibus, que sane re uera est medulla; sed & ex spina, quam & ipsam medullam nominant, spinalem uidelicet: quæ tum durior, tum siccior est, quam alia. Illa enim mollior est & pinguior: ac proinde ego spinalem seorsum per se se absq; illa repono. Sed ea nibi utriusque medulle cura est, ne aut putrefiant, aut situm colligant. Itaq; in hyeme primum eas capio, uelut & adipem, deinde in ædibus siccis, atque editis, plane humoris expertibus, cum folijs lauri siccis repono. Nam que recentia sunt & humida, multum etiam qualitatis sua illis impartiunt, ut aciores fiant medullæ. At si quando ambiente calido, & austriño medullas, aut adipem uoles reponere, paratum sit in hoc cubiculum neque calidum, qualia serè sunt que meridiem spectant (putrefiant enim in talibus) nec humo proximum, atque humidum (nam in talibus situm contrahunt) sed supernum atque excelsum, & ad aquilonem obuersum, parvas habens fenestræ apertas, ut tam no-

Medullæ ui-
res ex Gal.

et tu,

et, quam interdu ab Arcto spirantes uentos accipiat. hactenus Galenus. In usu uero ciborum spinalis medulla id nutrimenti corporibus exhibet, quod cerebrum. Idecirco pituitosum, ac crassum generat succum, aegrè concoquitur, uentriculo nocet, nauseam concitat: robustis tamen uentriculis concocta, bonum prebet alimentum. Porro que ex ossibus elicetur medulla, quanquam largius sumpta uentriculi appetitiam destruat, pituitanq; gignat; si tamen prope conficiatur, ualentissime nutrit, magis q; ori placet, quam spinalis, quod haec sapidior sit in omnibus suis partibus.

Muēlos Græcē, Medulla Latinē uocatur: Arabicē, Mochial halbadam, seu Moch simpliciter: Italicē, Midolla: Germanicē, Marck: Hispanicē, Tuetanos, & Tutanos: Gallicē, Moelle.

Χολή. F E L.

C A P. LXXI.

FEL omne reponitur hoc modo. Recens præligato ore folliculi lino tandiu demissum in seruentem aquam, dum quis spatium trium stadiorum percurset, mox exemptum siccatur vmbroso loco, aspergiam non redolente. Sed quod ad oculorum medicamenta adjici solet, ligatum lino in vitreū vas, quod mel habeat, immittitur: circumuoluto ad os vasis lini principio, & opero vase reconditur. Est autem omnis sellis uis acris, & excalsaciens: intensis tamen, & remissis viribus differunt. Siquidem præstantius in effectu esse videtur fel marini scorpionis, & pisces qui callionymus appellantur, marinae testudinis, hyænaeque: item perdicis, aquilæ, galline candidæ, & sylvestris capræ. quod priuatim prodest contra suffusiones incipientes, & oculorum caligines, argemas, & genarum scabritias. Ouiillo, suillo, hircino, atque vrsino, taurinum multò efficacius. Felle omni persicilem, præsertim infantibus, deiectionem quis molietur, si intinctum eo tomētum, aut fimbriam sedi subiicit. Priuatum taurino anginæ cum melle perunguntur: sedis vlcera sanat, & ad cicatricem usque perducit. Idem auribus fractis, & purulentis cum muliebri lacte, aut caprino instillatum, medetur: & sibilo earundem ex porri succo. Admiseri infueuit vulnerarijs emplastris, & circumlinitionibus, quæ contra venenata parantur: phagedænicis vlceribus, colis, & scroti doloribus ex melle prodest: lepras, surfures cum nitro, & terra cimolia quam optimè purgat. Ouiillum, & vrsinum contra eadem pollut, verùm inefficacius haec præstant. Vrsinum eclegmate comitiales adiuuat. Fel testudinum anginis, & in ore infantium nomis, prodest: naribus inditum comitiales erigit. Sylvestrium caprarum felle peculiariter peruncti lusciosi sanantur. Hircinum idem obit munus: thymia abolet, & luxuriantes elephanticorum extuberances illitu reprimit. Suillum autem contra aurium vlcera, reliquaque omnia magno usu assumitur.

QVANVIS de sellis reponendiratione, atq; etiam de eius uiribus abunde scripscris Dioscorides; non tamen ob hoc prætermittenda existimau nonnulla, que à Galeno libro x. simplicum medicamentorum de sellis facultatibus scitè memoriae sunt commendata. Est igitur fel (auctore Galeno) succorum, qui in quoque sunt animalium, calidissimum. Itaq; sicuti sanguinem, & carnes dissimiliter temperata obtinent animalia, eadem ratione & fel. Quocirc a calidissimorum fel, aliorum quoq; animalium fel excellere necesse est: & quæ illis minus sunt calida, proportione & hunc humoris illis inesse minus calidum, quantò seicit & in alijs sunt inferiora. Ceterum haec differentiae habentur non modò pro diuerso animalium genere, quod haec magis, illa uero minus calida sint; uerum etiam pro diuerso eiusdem generis animalium temperamento, ac etiam irritamento. Quandoquidem fel tauri interficti, qui funibus adalligatus, uiolenterq; diu tractus, & cursu, & canum latratu defatigatus, & stim, famemq; & multum laborem perpessus fuerit, ab eius felle plurimi differr inuenientur tum substantia, tum colore, tum facultate, qui in paseuis latetus, liberq; uitam desidem, ac quietam duxerit. Nam defatigati, ac uexati animalis fel substantia crassius erit, colore nigrius, aut uiridius, aut magis cœruleum, magisq; ærugini simile: ob idq; etiam longè calidius erit, quam alterius, qui in pace, & otio degerit. Ideoq; fel animalium quantò tenuius est, ac colore constat dilutiore, tantò minus spissoribus & magis colore saturatis excalfacit. Gignitur in bubulo felle lapis quidam nonnunquam oui magnitudine, croceo colore, facileq; friabilis, cuius Dioscoridem, & Galenum meminisse non reperio. Hic (ut plerique perhibent auctores) potus, uescicæ calculos comminuit. Naribus inditus uisum mirificè acuit, & aquam in oculos fluentem inhibet. Tritus lenti quantitate, & bete succo commistus, & in erinis naribus attractus, comitilibus subuenit. Non desunt etiam qui idem magno successu ex uino exhibeant potandum felle suffusis. Denique aurate, lupi pisces, perditis, & galli gallinacei felle mirificè delectantur in coitu foemine, si uiri penis eo perungatur. Quod Græcis χολή, Latinis, Fel appellatur: Arabibus, Saracac, aut Merara: Italis, Fiele: Germanis, Goll: Hispanis, Hiel: Gallis, Fiel.

Fellis bubuli
lapis, & eius
uires.

Nomina.

Aīpa. SANGVIS.

C A P. LXXII.

SANGVIS anseris, anatis, & hœdi, utilissimè in antidota miscentur. Palumbi autem, turtris, & columbae, necnon perditis, oculis cruro sussus, & recentibus eorum vulneribus, lusciosque illinuntur. Peculiariter columbae sanguis, cruro membris cerebri crumpentem inhibet. Hirci, capræ, cerui, & leporis sanguis inassatus sartagine, dysenterias, & cœliacorum profluvia fit: in uino potus contra toxica efficax est. Leporinus sanguis ita ut repet illitus, uitia cutis in facie, lentiginesque emaculat. Caninus commodè ab his bibitur, quos efferata in rabiem bestia momordit: contra epotum toxicum auxilio est. Testudinis terrestris sanguinem epotum tradunt prodesse